

9-294

...	...
...	A
...	80
...	...
...	38H

*Del. C. C. della ...*


# DE CARNIVM

## ABSTINENTIA, BREVIS DISPUTATIO.

*IN QVA OSTENDITVR, ET PLVRIS  
mis Patrum auctoritatibus, & rationibus probatur, à  
Christi aduentu, Apostolis, egregijsque viris  
carnibus vesci prohibitum fuisse.*

Studio & labore P. F. Vincentij Consentini, Ordinis  
Minimorum S. Francisci de Paula, Sacrae Theologiae  
Professoris, & R<sup>mi</sup> P. G. collegæ Itali, &  
Hetruriae quondam Prouincialis.

*ip  
nulla ra  
ret, ni  
Quod  
bitros.*



*LVGDVN I,*

Apud ANTONIVM PILLEHOTTE, sub signo  
sanctissimæ Trinitatis.

*M. DCXV*

SVPERIORVM PERMISSV.



ILLVSTRISSIMO AC  
REVERENDISSIMO D.  
Michaëli Angelo Tonto S. Ro.  
Ecclesiæ Cardinali amplissimo,  
& Ordinis Minimorum Prote-  
ctori vigilantissimo.

Frater Vincentius Consentinus P.F.P.

**H**æc fuit multarum gentium con-  
suetudo ( Illustrissime ac Reue-  
rendissime Domine ) vt si quis  
Regem, aut Regem alloqui voluisset,  
nulla ratione in eius conspectum accede-  
ret, nisi prius aliquod ei munus offerret.  
Quod quidem eo consilio factum esse  
arbitror, quoniam tanta est Principum,  
Regumque maiestas, vt non sine magno  
omnium honore adeundi sint, nemoque  
ad eorum pedes vacuis, vt aiunt, ma-  
nibus sese prosternere debeat. Hanc

A 2 sum

summis laudibus extollendam consuetudinem mecum ipse perpendens, diutius excogitavi, quo munere ad te qui dignitate Principes adequas, & pietate omnes superas, me conferre possem. Quare cum sæpius nonnullos audierim, quodam fortassis invidia impetu clamantes, nostram Religionem non esse Apostolicam, sicut ceteras, id laboris sumere volui, ut sanctorum patrum auctoritatibus ostenderem, Christum, eiusque discipulos carnem nunquam comedisse, ac per consequens huius Minimitani Ovilis Religiosos esse veluti Therapeutas illos, qui ex instituto Apostolorum, & exemplo carnem non comedebant. Et hoc defendi prius Romæ in proximis comitiis generalibus, & nunc qualecunque opus fuerit, ut typis depromeretur tradidi: opusque est satis dignum; ut ad te veniens tibi consecrarem. Quid enim gratius, quando nostra religio ab alienis exagitur tibi eius defensori, & protectori offerri potest

potest, quàm tantorum doctorum dicta, quæ Christi, & Apostolorum vitam, ac nostræ Religionis, cuius tu protector es (Amplissime Domine) extollunt, & quæ multis in libris colligere oportebat in unum congesta leguntur. Hisque ad te venio, ut iis non solum animi mei erga te observantiam testatum faciam; verum etiam, qua doctrina dilectissimum gregem tuum defendere proposuerim cognoscere facile possis. Oportunum demum mihi non videtur tuas laudes meo calamo explicare eo, quia tu, quis es, paucis demonstrari non potest. Ea enim de te fama est, ut generis tui nobilitas, maiorum tuorum splendor, morum probitas, nature benignitas, doctrinarum summa eruditio, ac vigilantia in protegendo, breui epistola perstringi non possint. Ideo satis mihi visum est, ea silentio involuere potius, quàm minus, quàm par esset de illis agere. Accipe igitur, qua soles benignitate (Card. Am-

*plissime) leue munusculum, idque sub  
tissimo patrocinio tuo hilari fronte susci-  
pe, & me commendatum habeas rogo,  
quod si, vt spero, effeceris, ad maiora offe-  
renda me impellere poteris. Vale Floren-  
tiae Kalendis Iulij M. DCXVIII.*

FR A

FRATER HIPPOLYTUS

Raulinus Ordinis Minimorum,  
Reuerendo admodum P. Vin-  
centio Hetruriæ Prouinciali.



*Vandoquidem super solennia reli-  
giosa perfectionis vota, sola præ cæ-  
teris, quadragesimalis vitæ, laude  
gaudeat, & in Ecclesia gremio floreat gloriosè  
archimandrita mitis & sacra religio: quam iu-  
cundum cætui Romano, quamq; Ordini honori-  
ficum fuerit illud tuæ pietatis & doctrinæ insi-  
gne monimentum, nullus est qui nesciat: cum  
scilicet celeberrimo totius Ordinis nostri Mini-  
mitani Capitulo Romæ ciuitatum Augustissi-  
mæ. De Christi Domini & Apostolorum absti-  
nentia haud spernendæ molis positionem pu-  
blicè proposuisti, & cum pari ingenitæ nobilita-  
tis, & subtilitatis laude propugnasti. Hoc enim  
vitæ nostræ ἐπιπέτυον Romana tunc pulpita præ-  
dicarunt, hoc Scholæ laudarunt, hoc gratulabun-  
dus totus ordo excepit: sed fortunatissimè sus-  
cipiet si præfatam, disputationem diligen-  
ti studio politam rationibus & arte refer-  
tam in lucem quamprimum emittere stu-  
deas, & sicut nobis per Hetruriam re-  
deuntibus spondidisti, Democritici putei secre-*

A 4 tum

tum publica veritati & luci dare accelere. Horridum quidem est nomine, vita nostræ genus, nobisque longioris vitæ pensum filumq; Parcæ more sensim præscindens.

*Est viro sanè religioso satius est breui consumi & rapi, quam in terra morientium diutius cogi: beatus in carne, sine carne, iuxta sanctioris vitæ rigorem victitare, quam fomitæ carnis indulgenter paschali pinguedine nutrire. Attamen cum de tam singulari instituto præscis temporibus votum fuerit, sanctissimis quibusque gratissimum, tum etiam à Christo Domino obseruatum dubiò procul perfectionis statum & lauream obtinere meretur. Latentem igitur tantæ virtutis laudem nostrò pulsus Epistolio è tenebris excita? sterne dextro Ioue viam euntibus? & per inuias hætenus semitas faustis sodalitij nostri auspiciis pedem fige, non deerunt qui sequantur, tantæ virtutis æmuli, quiq; tam præclaris ornamentis decoratum sacrosanctæ Minimorum religionis columen, te duce & Illustrissimi potissimum Protectoris fauente numme, nouo forsân splendore illustrabunt. Bene Vale. Omnigenæ pietatis & honestatis speculum & decus. Tuumq; Lugdunensem semper in Christo dilige.*

O D E

---

O D E  
DICOLOS TETRASTRO-  
P H O S.

**Q**uin sum Mæonio Carmine nobilis  
Heroïumq; potens promere cantibus  
Laudes, non alij quam tibi Delius  
Noster, percuteret Chelimi:  
Cantarem generis grande decus tui,  
Illam quam retines moribus indolem  
Ornatam placidis, diues & admodum  
Veris ingenium bonis.  
Ut sacris tibi stet Pallados artibus  
Mens exculta, solers vitæ recondita  
Diuina reseres templa scientiæ,  
Ferret Clio Nepotibus.  
At quis parua notis vela potentibus  
Pandat? quisue humili remigio patens  
Transmittat pelagus? sic quoque laudibus  
Vincenti, obruimur tuis.  
Virtus sufficiens semper erit sibi:  
Quantus sis animo prodit opus tuum,  
Munus non hominum, sed mage Cælitus  
Concessum melioribus.  
Cernis mortifero qualiter impius  
Contra dente fremat, quisquis & ultimum  
Ventris deliciis constituit bonum,

A 5 Fæda

*Fœda Discipulus Scholæ.*  
*Lasciua Assyrij Curia Principis*  
*Et diues nimium mensa Vitellij*  
*Mussant hîc, dubia pallidus asidens*  
*Cœnæ hîc attonitus tacet.*  
*Profligata iacet nempe potentia,*  
*Quam pragnans variis ingluuiis malis*  
*Et vis conciliat cæca libidinis,*  
*Pestes ex Erebo sata.*  
*Hîc verax superis sobrietas placens*  
*Aucta, hîc pacificæ iura modestiæ*  
*Instaurata, potest quidquid & altior.*  
*Virtus, Imperium hic habet.*  
*Ergo Threyciâ Cecropidum Pater*  
*Non sî me Cytharâ donct, ego pari*  
*( Vincenti ) meritis carmine, te canam:*  
*Vincas sic cupimus diu.*

REVE

---

REVERENDO ADMODVM  
 Patri, Patri Vincentio Consentino,  
 Reuerendissimi Patris Minimorum,  
 Generalis collegæ dignissimo, &  
 Theologo Doctissimo.

**N**obis in parua depingis grandia charta,  
 Et paruo ingentes vase refundis opes:  
 Qui valeat quicumque sequi vestigia Christi  
 Quine brent coelos scandere calle, doces.  
 In Minimis, magnus, sic, Consentine, reluces,  
 Qui in magnis, Minimus maximus, esse soles.

---

Ad eundem Anagramma,

VINCENTIVS CONSENTINVS.  
 INTVS ES CONTINVE VINCENS.

*Ante nisi proprios didicisset vincere motus,*  
*Herculis extaret nullus in Orbe labos:*  
*Illi vni speranda foris victoria, qui se*  
*Interiori recta vincere mente potest.*  
*Sic vere vincens, sic Consentine, triumphans*  
*Intus Continûè, Continûè bonus es.*  
*Exterius vincat pleno ieiunia ventre*  
*Landans, interiori non mihi victor erit.*  
*Tu Minimi tenues exponens vberè mensas*  
*Ingenio, vincis, vincere dasque tuis,*  
*Nec Curium simulas, nec bacchanalia viuus,*  
*Sed Minimum, es Vincens intus, & ergò foris.*  
 A. B. C.



---

Vincentius Consentinus.

*Anagramma.*

Viscus sum Continentiæ.

EPIGRAMMA.

*Quis furor, insanam premit heu Voluptas, mentem?  
Quid duro, quereris membra subacta, Iugo?  
Bacchatum satis est: visco irretita tenaci,  
Quæ struis in captos vincula, capta, trabe.*

A. B. C.

---

# Anagramma.

ΟΤΙ ΓΚΕΝΤΙΟΣ ΚΤΣΕΝΤΙΟΣ,  
ΓΗΣ ΣΤ ΕΧΘΟΣ ΗΚΟΝ ΘΕΟΥ.

ΕΧΘΡΟΣ εἰκόμην, Χρῆσθ' φίλῳ, ὡς ἀναβάλλεις  
Σάρκα: γὰρ ἡ Χρῆστος; Χρησίμων ἔπι κρέας.  
κόσμον δὲ ὀτρυνῶς ἀπέχεσθ' σαρκὸς ἀπάσης  
Γήινης, ὅς λείπει σάρκα διδὸν ἔρῶνιον,  
Γλῶσσο γὰρ ἄπικτόνῳ Φιλῆ, ἔγουν ἔκτροπον, εἰς τὴν  
καὶ τῆς ΕΧΘΟΣ Κ' ΘΕΟΥ ΗΚΟΝ ἔης.

IOANNES MICHAEL MAR-  
CELLINVS, Philosophiæ can-  
didatus.



REVERENDIS ADMO-  
 dum Patribus, & Fratribus Sacri  
 Ordinis Minimorum Sancti  
 Francisci de Paula.

*Frater Vincentius Consentinus Mini-  
 morum, Minimus.*



Eminem vestrum ( aman-  
 tissimi Patres, & Fratres )  
 latere credo id, quod aliqui  
 parum nostræ Religionis amato-  
 res ausu nescio quo, ne dicam pie-  
 tatis alieno, asserunt vitam no-  
 stram quadragesimali voto orna-  
 tam, non esse adeò Apostolicam,  
 ut principem locum inter omnes  
 alias obtineat; quamvis à carnibus,  
 ovis, & lacticiniis, ac ex eisdem  
 congestis cibus abstinemus: quod  
 dicere autumant, quia Christus  
 Saluator noster liberam facultate-  
 tem ( ut ipsi dicant ) discipulis præ-  
 buit

buit carnibus vescendi, dum dicit,  
*comedite, quæ apponuntur vobis.* Ideo  
 operæ pretium duxi hanc vobis  
 omnibus ( Patres mei ) mittere dis-  
 putationem, in qua breui methodo  
 agitur de non comedendis carni-  
 bus, quam studio, & labore ex so-  
 lida Sanctorum Patrum doctrina  
 collegi, ut faciliter quisque possit  
 gannietium erroribus obuiam ire,  
 & inanium sophismatum tenebras  
 hac clara luce expellere. Nec volui  
 ingentes chartas farcire; rem enim  
 gratissimam omnibus me factu-  
 rum existimaui, nudum granum,  
 & palleis segregatum breui me-  
 thodo offerens, ut id, quod expli-  
 catur, ira nescientibus fiat cogni-  
 tum, ut tamen scientibus non sit  
 onerosum.

FR.

FR. FRANCISCVS DE  
MAYDA ORDINIS MINI-  
morum Sancti Francisci de  
Paula, Corrector  
Generalis.

**V**T in omnipotentis gloriam ordinisque nostri decus de vita & abstinentia, quadragesimali à Reuerendissimo Patre Vincentio Consentino nostro Collega concinnatus tractatus prælo typisque dari possit licentiam concedimus, dummodo per Reuerendos Patres Fratres I. B. Camaret, V. Prouincialem Prouinciæ Lugdunensis, & Hippolytum Raulinum diffinitorem approbetur, & nihil in eo quod fidei, bonisque moribus aduersetur, reperiant. In quorum fidem has dedimus & manu sigilloque nostro roborauimus. Neapoli in Conuentu Diui Ludouici, die 20. Iulij 1618.

FR. FRANCISCVS DE MAYDA  
Minimorum Generalis.


**N**os subscripti diligentissimè vidimus & libentissimè approbauimus hocce fidelitati nostræ commissum opellum, dignumque iudicamus vt primo aspectu teneat trahetque videntem, non enim qui multa, sed qui vtilia & vera scribit, is sapit, E museo Lugdunensi decimoquinto Septembris 1618.

FR. I. B. CAMARET Vicarius prouincialis  
Minimorum Lugdunensium.  
F. HIPPOLYTUS RAULINVS or-  
dinis Minimorum.



DISPUTATIO DE ESU  
CARNIVM, IN QVA QUÆ-  
ritur : Num Christus, &  
Apostoli carnem co-  
mederint.

CONCLUSIO.

 *MINIMO asserendum esse affirma-  
mus, nunquam Christum carnem co-  
medisse, atque ab eius aduentu Apo-  
stolis egregiisque viris carnibus vesci inhibi-  
tum esse.*

Pro explicatione notandum est, quod S. r.  
ab Adamo patre communi, quousque  
per immensas vndas fuit miris naufragus orbis aquis, guttura non nouerunt  
carnes, sed post diluuium laxauit car-  
nibus rector habenas, & vulgo semita  
lata datur, tempore autem redimendi  
orbis venit Christus, & cum ipse in or-  
be adfuit, Omega vertit in Alpha, fi-  
nem retraxit ad principium, & conces-  
sus iam prius carniū esus, abfuit.

B Ad

2 *De Carnium abſtinentia,*

Ad probandam autem noſtram concluſionem præſupponendū eſt id, quod magnus Pater Auguſtinus de magnificentiis B. Hieronymi ſcribens ad Cyrilum inter reliqua ait: *Quid plura dicam, quæ Hieronymus ignorauit, nullus hominum ſciuit.*

§. 2. Ex  
D. Hier. *Modo probatur primò ex ſancto, & Eccleſiæ Doctore Hieronymo, ita ab Auguſtino etiam Eccleſiæ Doctore excellenter commendato, qui ad Turiam de viduitate ſeruanda ſcribens inquit: De ipſis cibus calida quæque deuota, non ſolum de carnibus loquor, ſuper quibus vas electionis profert ſententiam, bonum eſt vinum non bibere, & carnem non manducare: ſed etiam in ipſis leguminibus inſtantia quæque, & grauiâ declinanda ſunt. Hæc ille. Si ergo vas electionis Paulus protulit de non manducandis carnibus ſententiam: quis à tanti Apoſtoli, & docti, & iuſti iudicis ſententia audebit appellare? Cum de ipſis Apoſtolis, ita cantet Eccleſia. *Vos ſæcli iuſti iudices, & vera mundi lumina, &c.* Quis obſecro audebit? niſi aliquis lurco, & helluo. Nec ipſe Paulus aliud nobis cõſulebat, aliud verò in ſe ipſo faciebat, cum ipſe dicat: *caſtigo corpus meum; & in ſerui**

*Breuis Diſputatio.*

3

*ſeruitutem redigo, ne quum aliis prædicauero, ipſe reprobus efficiar.* Maximè, quod ipſe Diſcipulus magiſtri ſui Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui prius cœpit facere deinde docere: veſtigia ſectetur; & Chryſoſtomus ait, quod Paulus etiam à cibus licitis abſtinebat.

Paulus ipſe ad Rom. cap. 14. inquit, §. 3. Ex  
D. Paul.  
& D.  
Thom.  
*bonum eſt carnem non manducare; neque bibere vinum.* Super quibus Pauli verbis, Angelicus Docteur Thomas Aquinas ait, *horum primum præcipuum videtur inter cibos; ſecundum inter potus. Et aliis quidem abſtinere ponit bonum eſſe; vel propter carnis concupiſcentiam edomandam; vel etiam, ut homo reddatur habilior ad ſpiritualia contemplanda, & quod bonum eſt non uti iis cum ſcandalo proximi.* Hæc Thomas. Cum ergo non comedere carnes ſit ad concupiſcentiam carnis edomandam ſalubris medicina: reddatque hominem ad diuina contemplanda habilior, ineptus homo eſt, & ad fruges conſumere natus, quicumque auſus eſt dicere Apoſtolos à carnium ingluuie nõ fuiſſe, eaſque penitus non abiiciſſe, quando non comedere carnes, tot, & tanta bona fuggerat. Auguſtinus ad Demetriadem Virginem

4 De Carnium abſtinentia,

§. 4. *Ex D. Augu.* ginem ait, non manducare carnem, & non bibere vinum *Apoſtolica voce laudatum eſt:* & ad eandem idem Auguſtinus ait: *conceduntur quidem nuptiæ, & carniū eſus, & potus vini: ſed horum omnium abſtinentia cōſilio perfectiore ſuadetur.* Si ergo oportuit Apoſtolos ex hoc perfectiori cōſilio nuptias vitare; quia ex eis nemo, poſtquam fuit Apoſtolus duxit vxorem, ita per cōſequens multo magis oportuit carnis vitare eſum, propter carnis motus compescendos: præcipuè cum fine coniugibus vitam degerent: ergo hoc, quod Auguſtinus vocat *perfectius cōſilium* Apoſtoli ſequuti ſunt, id enim quod melius eſt; ſemper complexi ſunt: maximè, quod

*Ex D. Chryſoſt.* Chryſoſtomus affirmat, quod ſicut Adam à cibo vetito non ſe temperavit, ita Paulus etiam à cibis licitis ſe abdicavit.

§. 5. Quod confirmatur, quia ipſemet Paulus magnā abſtinentiā oſtendit, *cum dicit uſq; in hanc horam eſurimus, & ſitimus.* Hinc abſtemium fuiſſe Paulum, & nunquam vinum bibiſſe cēſet Baronius, anno Chriſti 36. & alij, ergo neque carnem comediffe, confequentia patet, nam pari modo Apoſtolus de eſu, & de potu loquitur, & de carne, & de vino abſtinentium

Breuis Diſputatio.

5 dum eſſe dicit, ſed non bibiſſe vinum clarè oſtenditur, ergo neque comediffe carnem: Minor ex eo colligi poteſt, quod Timothæus Pauli diſcipulus, ex Pauli utique inſtitutione exemplo, & diſciplina, abſtemius fuerit: *Noli* (inquit) *ipſe* 1. ad Timoth. c. 5. *adhuc aquam bibere, ſed modico vino utere propter ſtōmachum tuum, & frequentes tuas infirmitates;* ergo ſequitur, quod neque carnibus veſcebatur.

De cuius carnis abſtinentia Beatus Hieronymus contra Iouinianum cap. 35. carnis eſui patrocinantem; & interrogantem, cur porcus creatus, ſi à carnibus eſt abſtinentium? ita Reſpondet, primò, *ut veneraremur conditorum noſtrum, qui in uſus hominum cuncta generavit; & quomodo bos ad arandum, equus ad ſedendum, canes ad ſeruandum, capræ ad lac, oves ad lanicia conditæ ſunt, ita ſues, & ceruus, & capras & lepores, &c. Sed illa non ſtatim ad comedendum creata eſſe, ſed in alios uſus hominum; ſi enim omne, quod mouetur, & uiuit ad veſcendum factum eſt, & preparatum gula, respondeant mihi, cur elephanti, cur leones, uſi, leopardi, lupi, cur vipera, ſcorpj, culices, pulicesque, cur vultur, aquila, coruus,*

B 3 accipi

§. 5.  
*Ex Hier. cōtra Iouin.*

*Ex Bar-  
ronio 36.*

6 De Carnium abſtinentia,  
*accipiter, &c. conditæ ſint? quis noſtrum leo-  
nem, quis viperam, quis ciconiam, quis reptan-  
tes in littoribus vermiculos unquam comede-  
rit? ſicut hæc igitur proprios uſus habent, ita  
poſſumus dicere, & ceteras beſtias non ad e-  
ſum, ſed ad medicinam creatas. Denique  
concludit poſt pauca, igitur cum mihi di-  
xeris, <sup>ut</sup> corporeus creatus eſt? ſtatim tibi reſpon-  
debo puerorum more certantium, cur vipera,  
cur ſcorpj, nec Deum ſuperfluorum indicabit  
artificem, quia plurima, & beſtia, & volucres  
ſunt, quas tuæ fauces reuſent.*

Secundo in fine eiusdem capituli, ita reſpon-  
det, apros, ceruos, & reliquas animantes crea-  
tas eſſe; ut aratores milites, nautas, remos  
trahentes, metallorum ſoſſores; & ceteri duro  
operi mancipati haberent cibos, quibus fortitu-  
do corporis neceſſaria eſt. Caterum noſtra religio  
non pugilem, non nautam, non ſoſſores; ſed  
ſapientie erudit ſectatorem, qui ſe Dei cultui  
dicauit, unde Apoſtolus loquitur, quando infir-  
mor, tunc fortior ſum, eſi exterior noſter homo  
corrumpitur, ſed interior renouatur de die in diẽ,  
& cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Ecce igitur,  
quod Hieronymus apertiffimè vult, quod Deus non  
creauit carnes pro religioſis, neque pro Apoſtolis,  
qui in Apoſtolatus culmine conſtituti, nec pro debili

bilitate corporis, nec in graui ægritudine,  
nec pro morte ad edendas carnes  
deſcendiſſent, & hoc colligitur ex eo  
quod Apoſtolus dicit, nimirum quando  
infirmor, tunc fortior ſum, &c.

Idem etiam declarat Hieronymus ad §. 8.  
Ruffinum dicens, *ſeſſa membra ieiuniis* Idem ad  
*morbo grauante concutientur: ſed Apoſtoli re-* Ruff.  
*percutietur eloquio: quando enim infirmor, tunc*  
*fortior ſum, minabitur mortem, ſed audiet, cu-*  
*pio diſſolui, & eſſe cum Chriſto.* Audiſtis er-  
go Hieronymum quod Apoſtoli, nec  
pro corporis infirmitate, nec pro morte  
euitanda carnem comediſſent. Et de ea-  
dem Apoſtolorum abſtinentiæ aſtteri- §. 9.  
tate loquens, Beatus Anſelmus ait, *quod* Ex D.  
*quando Paulus Timotheo bibenti aquam diſ-* Anſel.  
*penſauit, ut propter infirmitatem biberet vi-*  
*num modicum, tunc Paulus Medici conſilio u-*  
*ſus eſt, & non Apoſtoli quaſi dicat Paulus tan-*  
*quam Apoſtolus, nunquam conceſſiſſet Timo-*  
*theo vini porum etiam propter infirmitatem.*  
Deinde in eodem cap. contra Iouinia-  
num Hieronymus ſubdit. *Ego tibi dicam,* §. 10.  
*ſi vis perfectus eſſe, bonum eſt tibi vinum non* Ex Hier.  
*bibere, & carnem non manducare: ſi autem* contra  
*adhuc paruulus es, & cocorum iura te delectat* Iouin.  
*manduca, & bibe, & ſi tibi placet carito, man-*  
ducemus,

*ducemus, & bibamus, cras enim moriemur.* Si Hieronymus ergo in abstinentia carni-um ponit perfectionem, & in esu carni-um imperfectionem: satis irrationabili est quicumque dixerit Aposto-los carnem comedisse; cum Hierony-mus sanctæ Ecclesiæ Doct̃or carnis esum paruulis, & imperfectis inter iura cōco-rum versantibus tribuat. Idemque etiam Hieronymus in eodem opere cap. 10. in-quit, quod Iouinianus esus carni-um fau-  
tor ipsi Hieronymo, ita obiiciat, dicens, *Deus post diluuium Patriarchæ Noe licentiam comedendarum carni-um dedit, quæ ante diluuium concessa nõ fuit. Et sciat Iouinianus quomodo repudium, iuxta eloquium Saluatoris, ab initio non dabatur: propter duritiam vero cordis nostri per Moysen humano generi concessum est; sic, & esum carni-um vsque ad diluuium ignotum fuisse, post diluuium vero, quasi in eremo murmuranti populo coturnices: ita dentibus nostris, nervos, & vinolentias carnis ingestas. Docet Apostolus scribens ad Ephesios. Deum proposuisse in adimplerione temporum recapitulare omnia, & ad principium trahere in Christum Iesum, quæ sunt super cælos, & super terram: Vnde, & ipse Saluator in Apocalypsi Ioãnis. Ego sum, inquit, Alpha & Ome-*

§. II.  
Ex eodẽ.

ga;

*ga; principium & finis ab exordio conditionis humane, nec carnibus vesceretur homo, nec dabamus repudium; nec preputia nobis eripiebantur: in signum; hoc cursu vsque ad diluuiũ peruenimus: post diluuium autem cum datione legis; quam implere nullus potuit carne, ingesta ad vescendum, & repudij concessa durities, & cultellus circumcisionis appositus, quasi Dei manus in nobis plus creauerit quàm necesse est. Postquam Christus venit in fine temporum, & Omega, vertit in Alpha & extremitatem traxit ad principium; nec repudium nobis dare permittitur; nec circumcidimur: nec comedimus carnes dicente Apostolo, bonum est vinum non bibere, & carnem non manducare: vinum enim cum carnibus post diluuium dedicatum est.* Hæc Hieronymus. Si postquam venit ergo Christus voluit, quod non comederemus carnes, sicut eos ante diluuiũ patres nostri non comederunt, quid hominum vulgus garrit Christi Apostolos carnibus vesci assuetos fuisse? Nec recundatur contra Hieronymum Ecclesiæ Doct̃orem sanctissimum simul, & doct̃issimum; imò contra Christum loqui, maximè, quod Augustinus hoc Hieronymi contra Iouinianum opus, in quadam epistola ad Hieronymum bis

Quo tẽ-  
pore fuit  
concessa  
caro.

B 5 compro

comprobet quis aded infulſus eſt, vt fe Auguſtini, & Hieronymi expoſitioni circa ſcripturas opponere audeat?

§. 12. Quod præcedens contra Iouinianum Hieronymi decimum capitulum tanti ponderis, & veritatis, vt Gratianus decreti conditor, inter decretales inferere non fuerit veritus. D. XXXV, ſic incipiens; *Ab exordio conditionis humanæ, & reliqua: cuius rubrica huiusmodi eſt. Eſus carniũ, & vini potus poſt diluuiũ conſeſus legitur poſt Chriſti aduentum inhi-*

*Gratianus diſp.*  
35.

§. 13. Inſuper idem Hieronymus, ad Lucinum Beticum interrogantem, vtrum Sabbatho ieiunandum ſit? ſcribens ita reſpondit, *atque vtinam omni tempore ieiunare poſſemus, quod in actibus Apoſtolorum diebus Pentecoſtes, & die Dominico Apoſtolum Paulum, & cum eo credentes feciſſe legimus. Nec tamen Manichea hæreſeos accuſandi ſunt; cum carnalis cibus præferri non debeat ſpiritu-ali: Hæc ibi Hieronymus, licet Manichæi, & Apoſtoli omni tempore penitus à carnibus abſtinerent, diuerſa tamen cauſa, & fine, Manichæi enim duplex rebus principium dabant: corpora enim, & carnes à diabolo factas fuiſſe, creatu*

creaturas verò ſpirituales à Deo afferebant. Hinc à carnibus tanquam à diabolo creatis ſe abdicabant; Apoſtoli vero cuncta tam ſpirituaria, quam corporalia, & carnes ab eodem, & vno Deo conditas tenentes, carnes ſibi tanquam hominem ad ſpirituaria inhabiliorem reddentes mentemque hominum hebetantes ſibi interdiktas conſtituerunt.

Quem Hieronymi locum Auguſtinus tomo primo de moribus Manicheorum libro 2. videtur commentari dicēs, *quod facta hominum, nec probari, nec improbari poſſint niſi cognito fine, & ponit exemplum de noſtris Apoſtolis, & Catilina Saluſtiano dicens, quod Catilina patiebatur ſitim, & famem, ſimiliter Apoſtoli noſtri erant ſitis, & famis patientes, ſed diuerſo fine: nam ille ſacrilegus iſta tollerabat, vt immaniſſimas cupiditates expleret. Sed contra Apoſtoli noſtri, vt concupiſcentias premerent, eaſque rationi ſubderent. Hæc Auguſtin. ibi: Ergo Apoſtoli licet à carnibus temperarent, non tamen ſicut Manichæi erant hæretici; quia alio & alio fine mouebantur vtrique.*

Hieronymus contra Iouinianum cap. 36. ait, *verum fac eſum carniũ cunctis nationibus*

§. 15.  
Ex Hier.



tionibus eſſe communem, & paſſim licere, quod paſſim gignitur, quid ad nos, quorum conuerſatio in cælis eſt? Et Paulus Apoſtolus ſimiliter dicit, *noſtra conuerſatio eſt in cælis*. Ergo comedere carnes non eſt Apoſtolicum; cum Apoſtolorum conuerſatio fuerit in cælis etiam viuentium, vt Paulus dicit.

§. 16. Hieronymus in regula Monachorum *ex eodẽ in reg. mon.* cap. 12. ait, *comedant carnes, qui carnibus ſeruiunt, quorum feruor deſumat in coitum*. Et ibidem, *quod enim ſeminarium voluptatum eſt, venenum puta; eſt autem eſus carnum ſeminarium libidinis. Quum hæc legunt Religioſi, iui carnibus veſcuntur, nimirum quod eſus carnum, eſt venenum, libidiniſque ſeminarium, numquid erubescunt? non equidem ſed erubescere deberent*.

§. 17. Idem Hieronymus contra Iouinianũ *Idẽ contra Iouin. cap. 38.* illi arbitrantur carnes ſanitati congruas, qui volunt abuti libidine, & in cenam demergi voluptatum, & ad coitum ſemper exaſtuant; Chriſtiano ſanitas abſque viribus nimis neceſſaria eſt; nec turbari nos debet, ſi rari ſunt huius propoſiti ſectatores, quia rari ſunt amici boni fideles, & pudici, & continentés, ſemperque virtus rara eſt. Hæc ille. Hæc patres mei legentes religioſi non contremiſcunt,  
non

non erubescunt carnibus veſcentes? Relegant hunc Hieronymi locum, qui carnum manducatores dicit eſſe ab omni virtute exulem.

Idem ibidem *olerum, & pomorum, & leguminum facilius apparatus eſt, & arte, impendiſque cocorum non indigens, & ſine cura ſuſtentans humanum corpus*. Hæc ille. Ad vos alloquor fratres religioſi; qui dicitis, quod carnibus veſcentes inter reliqua commoda hoc etiam habent, quod ſunt minus graues hoſpitantibus illa veſtra deſenſio, quàm ſit friuola, quàm ſit inanis hinc colligi poteſt.

Auguſtinus de fide tom. 3. ad Petrum Diaconum ait, *ideoque ſerui Dei in eo, quod à carnibus, & vino abſtinent non tamquam res immundas refugiunt, ſed mundioris vite inſtituta ſectantur*. *Ex Auguſtino §. 19.*

Beatus Anſelmus ſuper Paulum ad Timoth. cap. 111. *nam, & primi patres noſtri à quibuſdam cibis abſtinuerunt; non tamen eos damnandi; ſed ſignificandi gratia, & fideles non, quia cibos putet immundos, ſed edomandi corporis cauſa, propter animã in orationibus amplius humiliandã, non ſolum à carnibus, ſed à quibuſdam terræ fructibus, abſtinent; vel ſemper ſicut pauci, vel certis diebus, atque*  
tempo

14 *De Carnium abstinentia,*  
temporibus sicut per quadragesimam ferè omnes. Hæc ille. Sed tu nota pauci, & primi patres pro quibus accipiantur.

Autoris Syllogismus,

§. 21. *Est de perfectiori cōsilio abstinere à carnibus, At Apostoli vixerunt de consilio perfectiori, Ergo Apostoli abstinerunt à carnibus.*

Probatur Maior per Augustinum, qui ad Demetriadem Virginem scribēs ait. *Conceduntur quidem nuptiæ, carniū esus, & vini potus; sed omnium horum abstinentia consilio perfectiore suadetur, & Paulus ad Rom. Bonum est (ait) vinum non bibere & carnem non manducare; & Minor probatur per Angelicum doctorem Thomam Aquinatem opus. II. cap. 4. dicentem, cum constet Christi Discipulos, statim in sua conversione ad fidem, esse assumptos ad Christi collegium, in quo primum exemplar consiliorum perfectionis apparuit. Hæc D. Thomas.*

*In decreto de Con. D. V. Rubrica est,  
Monacho carnem gustare  
non licet.*

Decretū  
de non  
comedi.  
carn.

§. 22.

*C*arnem cuiquam Monacho, nec gustandi, nec sumendi est concessa licentia: non quod creaturam Dei iudicemus indignam, sed quod

*Brevis Disputatio.*

15

*quod carnis abstinentia, utilis, & apta Monachis æstimetur, servato tamen moderamine pietatis erga agrotos. Quod si quis Monachus violaverit, & contra sanctionem regulæ, usumque veterem vesci carnibus præsumpserit sex mensium spatio retrusioni penitentia subiacabit. In hoc loco quidam Religiosus obuiam venit dicens, quod ipsi non Monachi, sed Fratres vocantur; cui Respondeo quod Summa Syluestrina ex cōmunicatione 9. §. 38. Vult quod sub nomine Monachi comprehenduntur etiam illi; qui vocantur, iuxta vulgare Fratres.*

Ac etiam cum ego dixerim, quod Syluester de Pierio, & Landulfus, & Historia scolastica, aliique Doctores in expositione Euangeliorum dicant, & alibi, quod non legitur Christum comedisse carnes, quidam Religiosus cuius-nomi- ni parco, laudis Christi parum amator eos, tanquam inutiles, & desertos à librorum commercio repellit, hocque facit, quia, quam boni sint Doctores ignorat, ac à quo fonte illud hauserint nescit, & à quo magistro didicerint eum præterit: quippe à Hieronymo Ecclesiæ Doctore veracissimo perceperūt, qui Christi abstinentiæ durissimè defensor con-

§. 23.

Obiectio  
de agna  
pas.

tra

tra Iouinianum cap. 41. asserit, quod Christus excepto mysterio agni Paschalis, & post resurrectionem causa probandi corporis veritatem, nec gula scribitur feruisse, nec ventri. Cuius Hieronymi verba de Christo hæc sunt, *qui quum esurisse, & sitisse dicatur, & iuisse frequenter ad prandia excepto mysterio, quod in typum suæ passionis expressit, & causa probandi corporis post resurrectionem, veritatem, nec gula scribitur feruisse, nec ventri, qui comedit post resurrectionem partem piscis assi, & fauum:* Respiciat nunc aduersarius, quicumque fuerit Hieronymi verba mirabilia, à quo illi mei boni Doctores acceperunt, & dixerunt, quod non legitur Christus comedisse carnes: hac tantum differentia, quod Hieronymus dixit, quod non scribitur, & illi dixerunt, quod non legitur, & quare obsecro non legitur? quia non scribitur. Ille vero aduersarius noster non aduertens, quod dum illos bonos immaniter lacerat, Hieronymum illibatam Ecclesiæ Doctorem lacerat; & Ambrosius de incarnationis Domini sacramento aspectu 232. inquit, *quod legi non nego, imo libenter usurpo, quod non legi usurpare non debeo.*

*Solutio  
ex Hieron.*

De

De sancto Iacobo Minore Egesippus §. 24. Apostolorum vicinus referente Iacobo *P<sup>r</sup>. de Iacobo minor. quod carnem non comedit.* de voragine, & Hieronymus de viris illustribus, ait, *hic ex utero matris suæ Sanctus fuit, vinum, & siceram non bibit, carnes nunquam manducauit.* Si ergo Iacobus Apostolus ab utero matris sanctus, nunquam comedit carnes, & ego dixi, quod comedere carnes non est Apostolicum, ille aduersarius cuius nomini parco, insurgens contra me dixit, coram pluribus fide dignis testibus tale dictum esse hæreticum. Quis hoc sanæ mentis diceret, vt vnâ de Apostolis virtutem, conuerteret in hæresim? Ergo cum dixi comedere carnem non esse Apostolicum, fuit magnæ virtutis dictum, magnaque laude pensandum. Si enim hæc periodus, comedere carnes non est Apostolicum (quod absit) esset hæreticum. sanctus Iacobus non esset Apostolus. Ille verò (frater mi) cum esse vnum ex illis non negat, sed vnum scilicet solum fuisse qui taliter vixerit, opponit. Ego autem dico tibi, quod fuit vnus in quantum ab utero matris, nunquam comedit carnes, sed in quantum Apostolus non fuit vnus, id est solus, vt superius

C vidi

vidimus, ac inſuper in ſequentibus videmus, ſed fuit vnus de duodecim, qui omnes non comederunt carnes.

*Idem probatur de Paulo ex Chryſ. §.25.*

Quid autem de Apoſtolo Paulo dicam, de quo Ioannes Chryſoſtomus ait, Paulum multo deteriore cibo, quam Ioannes Baptiſta victiſſe, ſed Ioannes Baptiſta non comedit carnes, multo ergo minus Paulus, qui viliori cibo, quam Ioannes Baptiſta uſus eſt, maxime, quod ipſe Paulus fuit qui dixit ad Rom. c. 14. *bonum eſt non comedere carnes,* nam nunquam aliis conſuluiſſet; quod ipſe prius non feciſſet, more magiſtri fui, qui cœpit prius facere, & mox docere, & Chryſoſtomus affirmat quod ſicut Adam cibo vetito veſci voluit, ita Paulus à cibis licitis ſe auertit.

*§.26. Idem de Petro Probatum.*

Quid autem de Petro Apoſtolorum principe dicam? de quo Iacobus de voragine ait, quod cibus eius erat panis ſolus cum oliuis, & raro cum oleribus erat in uſu; reſpice igitur, quod Petrus clauiger cœli carnibus non veſcebatur.

*§.27.* Quid vltra quæris? tam miræ virtutis à carnibus abſtinentia ſemper habitata fuit. Vt Hieronymus aſſerat, quod non tantum fideles Chriſti, & credentes eam cuſto

cuſtodierint, ſed etiam idolorum cultores, quorum quatuor teſtes contra Ioſuianum adducit; cuius Hieronymi verba hæc ſunt. *Dicearchus in libris antiquitatū, & Græcia de ſcriptione reſert ſub Saturno, id eſt in aureo ſæculo cum omnia huius funderet: nullum comediſſe carnes, ſed vniuerſos vixiſſe frugibus, & pomis; qua ſponte terra gignebat;* ac etiam Chæremon narrat de vita antiquorum Ægypti ſacerdotum, quod ipſi ſacerdotes Ægyptij ex eo tempore, quo cœpiſſent diuino cultui deſeruire à carnibus, & vino ſe ſemper abſtinuerint. Sed Xenophon, & Theophrastus ſimiliter referunt. Quanto ergo magis nos Chriſti conſilia ſequentes à carnium illecebris abeſſe debemus.

*Idolorum cultores non comedebant carnes.*

Et vbi dicitur Actuum 10. quod quando vox audita eſt, dixit Petro *occide, & manduca;* aiunt aliqui inepti, quod de eſu carniū illa vox intelligitur: ad quod dico, quod huiusmodi intelligētia minime poteſt cōuenire textui; à ſeriēque verborū mirū in modū diſſidet, nulloque modo de eſu carniū intelligi poteſt; ſed per vocem Petro præcipitur, vt de cunctis hominibus, tā Hebræis quā Gentilibus ad Baptiſmū & fidē, recipiat. Et omnia ver-

*Obiectio ex illo maſta & manduca. §.28.*

ba tam ipsius c. 10. quam præcedentis & sequentis non loquuntur de aliquo alio, nisi quod tam Hebræi quam Gentiles recipi debeant ad fidem: Præcipue, quod Hieronymus Ecclesiæ Doctor, cuius officium proprium est exponere scripturas, hunc locum iuxta meam sententiam interpretatur, ita dicens, *De scripturis exempla proponam in actibus Apostolorum, facta est vox ad Petrum, dicens, Petre occide, & manduca, id est omnia animalia quadrupedum, & serpentium terra. Quo dicto ostenditur nullum hominem secundum naturam esse pollutum, sed equaliter omnes ad Christi euangelium prouocari. Iuit itaque Petrus Casaream, & ingressus ad Cornelium aperiens os suum dixit in veritate comperi, quia non est personarum acceptator Deus, sed in omni gente, qui timet Deum, & operatur iustitiam acceptus est illi; Pluraque alia sequuntur dicta Hieronymi ostendentia, quod illa vox nullo modo Petro præcipiebat, ut manducaret serpentes, & quadrupedes terræ; sed intelligebat ut Petrus non solum Iudæos, sed ex omnium gentium genere reciperet ad fidem, de qua re videte Hieronymum in Epistola ad Augustinum cap. 7. ut sciatis, quod hoc non*

*Solutur  
ex Hieron.*

non fuit fortuito dictum à Hieronymo, sed seriò, & quod locus non fuerit deprauatus. Idem Hieronymus ad Rusticum Monachum de vita monastica ait, *iam tectum atque solarium cum Petro Apostolo conscendisti, qui esuriens in Iudæis Cornelij saturatur fide, & famem incredulitatis eorum gentium conuersatione restinguit, atque in vase Euangeliorum quadrangulo, quod de celo descendit ad terram docet Petrus, & discit omnes homines posse saluari. Rursumq; quod videtur in specie candidissimi linteaminis in superna transfertur, & credentium turbas de terris ad celum rapit, ut pollicitatio Domini compleatur, Beati mundo corde quoniam ipsi Deum vident. Hæc ille. Nihil ergo ad carniū esum spectat hæc vox, macta, & manduca.*

Nunc insuper, quod Augustinus de illa voce senserit, audiamus, qui Psal. 30. inquit. *Vere mirabilis egestas, & fames, quandoque eos, quos domino lucreantur, quodammodo manducat Ecclesia, qui manducat in corpus suum traicit, quidquid enim manducamus in corpus nostrum traicimus: hoc agit Ecclesia per sanctos esurit, quos lucrari vult, & quos lucrata fuerit aliquando manducat, cuius personam gerebat Petrus, quando ei de celo submissus est discus plenus omnibus animalibus qua-*

*S. 29.  
Item soluitur ex Augusti.*

*drupedibus, reptilibus, & volatilibus, quibus generibus omnes ſignificantur; præfigurabat Dominus Eccleſiam; quod omnes gentes erat ipſa tranſuoratura & in corpus ſuum conuerſura; & ait Petro, macta, & manduca, ô Eccleſia hoc eſt Petre, quia ſuper hanc petram adificabo Eccleſiam meam: macta, & manduca; prius macta, & ſic manduca; occide, quod ſunt, & fac quod eſ.*

§. 30.  
Soluatur  
ex eodẽ.

Et idem Auguſtinus, Pſalmo 3. ait, *Petrus Apoſtolus dubitans dare ſacramentum Euangelicum gentibus circumciſis; imo non dubitans, ſed omnino dandum eſſe non putans, quodam die eſuriens, cum prandere vellet, aſcendit, vt oraret hoc in actibus Apoſtolorum omnibus benè legentibus notum eſt: illo igitur orante facta eſt illi mentis alienatio. quam Greci ecçaſim vocant, tunc vidit vas quoddam, veluti linteam, quatuor lineis ſubmitti de celo, ubi erant animalia omnis generis beſtiæ; & ſonuit ei vox, Petre macta, & manduca, & paulo poſt ſubdit ipſe Auguſtinus ibidem. Omnes mactat, & manducat Petrus, quia Petrus petra, Petra Eccleſia, quid eſt mactare, & manducare? id eſt occidere in eis, quod erant, & in ſua viſcera aſſumere. Diſſuaſiſti pagano ſacrilegia, occidiſti, quod erat, dato ſacramento Chriſti incorporati Eccleſie, manducaſti:*

*caſti: & in aliis locis idem Auguſtinus ſuper pſalmos per eundem ſenſum hoc mactare, & manducare, exponit. Et tamen ineptorum hominum vulgus cõtra Hieronymi, & Auguſtini ſententiam effrontes audent dicere, quod hoc mactare, & manducare, de eſu carnum intelligitur, adeoque hebetis ingenij ſunt, vt etiam contra textus ſeriem, quæ eorum peruerſã repellit opinionẽ mutare audent.*

Obiiciunt etiam (chariſſimi patres) aduerſarij noſtri, quod Petrus reprehenſus fuit à Paulo, de conuerſatione, & ſimulatione cum gentibus, & quod illa ſimulatione fuit, quod Petrus cum gentibus comedebat carnes ſuinas. Ad quod Reſpondeo in primis, quod Paulus in illa repræhenſione nihil de carne meminit, & Hieronymus Eccleſiæ Doctor, ad quem ſacram doctrinam ſpectat interpretari, interrogatus à Iouiniano, qui ſimul cum aduerſariis noſtris eſum carnum tutaretur; quare Deus creauit Porcum ſi carnes nobis edere non licet? ita Reſpondet cap. 35. vt ſupra etiam retulimus. *Audi Iouiniane, idcirco ſues, apros, & reliquas animantes à Deo creatas eſſe, vt nauta, trahentes remos, ſoſſo-*

§. 31.  
Obiectio  
de repræ  
henſione  
Pauli  
facta Pe-  
tro.

Solui-  
tur.

24 De Carnium abstinentia,  
res, & aratores, athleta, milites, & ceteri duro  
operi & labori mancipati haberent cibos; quibus  
fortitudo corporis necessaria est: ceterum nostra  
religio non fossores, non nautas, non milites, sed  
sapientie erudit sectatorem, qui se Dei cultui  
dicavit. Unde & Apostolus loquitur, quando  
infirmior tunc fortior sum, & reliqua. Ecce  
quod secundum Hieronymum, Deus  
non creavit fues pro Apostolis, & reli-  
giosis, frustra igitur aduersarij nostri  
contra Hieronymi sententiam dicunt,  
quod Petrus edit carnes suinas.

§. 32.  
Ex eodē  
Hieron. Deinde ut supra dixi, idem Hierony-  
mus in eodem cap. subdit ad Iouinia-  
num loquens; *quam ob rem ego tibi dicam,*  
*si vis perfectus esse, bonum est vinum non bi-*  
*bere; & carnes non manducare: si autem ad-*  
*huc paruulus es, & cocorum iura te delectant:*  
*manduca, & bibe, & consurgens lude, & cani-*  
*to, manducemus & bibamus, cras enim morie-*  
*mur.* Si ergo vitare, esum carnis est per-  
fectionis, easque comedere est imperfe-  
ctionis (ut modo Hieronymum audiui-  
mus) & paruulorum: si vult ergo qui-  
cunque ille sit, qui se ex parte obicit  
aduersarius, carnes suinas à Petro man-  
ducatas fuisse, consequenter vult, &  
argumentatur Petrum Apostolorū prin-  
cipem

cipem tunc deiectum à numero perfe-  
ctorum religiosorum, & Apostolorum  
depositum, & conculcatum inter paru-  
ulos versantes, inter iura cocorū; dicen-  
tes bibamus, & comedamus, &c. Quid  
ergo tantum mali ei Petrus fecit, ut eum  
ab Apostolico culmine deiectum, & à  
perfectione abstinendi à carnibus diuul-  
sum, inter paruulos, & imperfectos in-  
ter cocorum iura versantes deduceret:  
maximè, quod illam stimulationem per  
multas alias vias poterat Petrus machi-  
nari, id est per legalia, & ceremonialia,  
per quæ plura piscium genera, quæ  
mensis Iudæorum interdicta erant, non  
autem mensis gentilium vetita, præci-  
puè quod Apostoli omnes, post Christi  
mortem, & post spiritus sancti infusio-  
nem in cibis percipiendis duriores vi-  
tam perpeffi sunt. Quin etiam Hierony-  
mus asserit Petrum biduana, & tridua-  
na iunxisse ieiunia. Et Apostolo dare de-  
bemus (quando possumus) id quod me-  
lius est, sed comedere carnes est imper-  
fectorū, & inter iura cocorū versantium,  
ut Hieronymus scribit diffusius, cuius  
sententia præferenda est sine dubio Atha-  
nasij sententiæ: nam sicut sol oriens

cætera ſydera aſcendit, ita Hieronymi fulgor Athanaſium obumbrat. Sileat Athanaſius ubi Hieronymus loquitur, ac etiam idem Hieronymus cap. 10. contra Iouinianum ait, quod Chriſti voluit tempora ſua tempori, quod ante diluuium fuit reſpondere, ſicut enim ante diluuium non erat carniū eſus permiſſus, ita in temporibus ſuis eſus carniū inhibetur præcipuè religioſis, & Apoſtolis, vt ſupra latiùs ſcripſimus: ſi ergo Petrus carnes ſuinas (vt aduerſarij volunt, & contendunt) manducaſſet Chriſti ordinem, & conſilia, quod non eſt credendum præteriſſet.

*§. 33.*  
*Obiectio*  
*ex Helia*  
*qui co-*  
*medit*  
*carnem.*

Quantum autem ad illud, quod contra nos adducunt nimirum quod Helias, qui Chriſtum referebat carnes comedit. Dico quod hoc afferunt, quia Hieronymum contra Iouinianum eſui carniū cum ipsis fauentem cap. 10. nunquam legerunt; nam ſi legiſſent numquam hoc dixiſſent, in illo enim c. 10. confutat Hieronymus Iouinianum afferentem, quod ex quo Deus diſpenſauit de eſu carniū in tempore Noë quod illa diſpenſatio adhuc permanet: vnde ibi Hieronymus ponit tria tempora,

*Soluitur*  
*ex Hier.*

pora, vnum ab Adam uſque ad Noë; & in hoc non fuit eſus carniū permiſſus: alterum à Noë uſque ad Chriſtum; & in hoc ſecundo carniū eſus permiſſus fuit: Tertium tempus ab aduentu Chriſti uſque ad vltimum diem; & in iſto tertio tempore carnes non manducantur; præcipuè à Religioſis, & Apoſtolis: voluit enim Chriſtus tempus ſuum eſſe ſimile tempori primo, vt vltima primis conuadarent cuius Hieronymi verba ne iterum repetantur videte §. 11. *Vnde ipſe ſaluator*, &c. vnde clarè patet quod ſi Helias carnes comedit nihil mirum, cum fuerit in illo tempore intermedio, in quo fuerat omnibus de eſu carniū diſpenſatum: Secus autem eſt poſtquam venit Chriſtus, quia non comidimus carnes, vt vltima primis reſpondeant præcipuè religioſi, & viri; qui vitam degunt Apoſtolicam, vt Hieronymus vult cap. 35. contra Iouinianum. Quem locum ſi aliquando legiſſent illi, qui nobis aduerſantur forſitan verecundarentur cum tam obſtinatè carniū eſum defendant, & cum ipsis etiam ſi religioſi ſint tenete volunt.

Obiiciunt inſuper illud contra nos, quod

*§. 34.*  
*Obiectiu*  
*ex illo*



*comedi-  
te que,  
&c.*

quod Ieſus diſcipulis dixit, *comedite*, quæ  
*apponuntur vobis*, quibus verbis volunt in-  
 telligi, quod Dominus Ieſus Apoſtoliſ  
 omnia comedere etiam carniſ dapes  
 permifit; qui ſenſus de eſu carniſ ſu-  
 per iifdem Domini verbis, ita manet  
 eorum menti altius reſoſitus, vt non ſo-  
 lum ſemel ſed bis, & fere ſemper nobis  
 renitentibus retulerint, & hoc agunt,  
 quia non cogitant, quod ſic intelligentes,  
 Dominum noſtrum Ieſum Chri-  
 ſtum doctorem veraciſſimum ſibi ipſi  
 faciunt contrarium, nam Hieronymus  
 cap. 10. contra Iouinianum cum aucto-  
 ritate Pauli ad Ephes. affirmat, quod ipſe  
 Chriſtus, poſt quam venit propoſuit in  
 tempore ſuo, quod eſt vltimum, ne car-  
 nes comedantur; ſicut ante diluuium  
 Deus eos non manducari ſtatuit; voluit  
 enim Chriſtus, quod tempus ſuum pri-  
 mo tempori congrueret, & ipſe, qui in  
 Apocalypſi vocatur *alpha*, & *omega*, id eſt  
 principium, & finis, reduxit *omega* ad  
*alpha*, id eſt extrema tempora ſua voluit  
 primis conuaniſ: ſi ergo idem Domi-  
 nus Ieſus Chriſtus dicēs, comedite, quæ  
 apponuntur vobis, de carniſ eduliſ  
 intellexiſſet diſpenſare (vt illi pertinaci-  
 ter

*Solutio.*

citer contendunt) ſibi ipſi repugnaret  
 Dominus, ſuamque priorem reuocaret  
 ſententiam; nec oportet, quod in hoc  
 loco Hieronymum infeſtent; hoc enim  
 opus contra Iouinianum Auguſtinus, ad  
 Hieronymum ſcribens approbat bis, at-  
 que cōmendat, qui igitur Hieronymo ſe  
 opponit, ſciat etiam Auguſtino eſſe mo-  
 leſtum, ac etiam cum referunt, quod di-  
 cta Chriſti verba *comedite*, &c. de car-  
 niſ ferculiſ intelligerentur, hoc ſi ve-  
 rum eſſet (vt conſtanter ſuſtinent) vas  
 electioniſ Paulus ſui dulciſſimi magiſtri  
 propoſitum deſtrueret, quando ſenten-  
 tiam de vitandiſ carniſ protulit, vt ex  
 Hieronymo diximus §. 2. & 3. ſcribens  
 ad Euriam, &c. qua propter dum aduer-  
 ſarij malè intelligunt, & prædicant, quod  
 per hæc verba *comedite*, &c. de carniſ  
 eſu diſponatur; Chriſtum ſibi ipſi con-  
 trarium reddunt, ac etiam Paulum  
 Chriſto diſſidentem inducunt, Hie-  
 ronymique expoſitionem reprobant. Re-  
 ſpiciſte ergo Patres mei ex vna mala ra-  
 dice quanta mala pullulent.

Ac etiam dum intelligunt, quod hæc  
 perioduſ *comedite*, &c. de eſu carniſ  
 percipi debeat. Diuum Lucam ineptum  
 expo

§. 35.  
*Soluitur*  
 ex D.  
 Thoma.

30 *De Carnium abſtinentia,*  
expoſitorem oſtendunt, Dominumque  
noſtrum Ieſum Chriſtum inconstantem  
præceptorem reddunt; per ipſius enim  
Diui Lucae os loquens Ieſus diſcipulis  
ſuis cap. 10. ad ſubeundum martyrium  
mittens eos dixit; *Ecce ego mitto vos ſicut  
agnos inter lupos:* ac etiam eoſdem ad pau-  
pertatis anguſtias deſtinans ait, *nolite por-  
tare ſacculum, neque peram, neque calceamenta.*  
Mox ad ciborum penuriam dirigens:  
inquit, *manducate, quæ apponuntur vobis;*  
id eſt quamuis vilia, & modica: ſic enim  
ſanctus Thomas in ſua cæthena au-  
rea cum authoritate Theophili hunc lo-  
cum exponit; id eſt quamuis ſint vilia &  
modica, ea tamen comedite, nolite vo-  
bis petere lautos cibos, & carneas da-  
pes; hæc enim Chriſti diſcipulos non  
decent. Non enim Euangeliftæ, Chri-  
ſtòque præceptor congruit; vt quos ad  
martyrij æqualeum, paupertatiſque du-  
ritiam mittunt ad ſuaues carniſum ſapo-  
res dirigent. Secundum enim S. Tho-  
mam ſuper Paulum cibi ex carniſum in-  
ter reliquos cibos obtinent principa-  
rum: illi verò, quicumque ſint, qui  
nobis opponuntur floccifacientes, Euan-  
gelij conuenientem, integràmque ſe-  
riem

riem cuſtodire: dicunt, quod diſcipulos,  
quos Chriſtus ad martyrium, paupertatiſ-  
que poculum diſponit, eoſdem in eo-  
dem loco ad carneas dapes quæ inter  
omnes epulas ſuauioreſ reputantur in-  
ducit, quod abſonum eſt. Laude ergo  
digni ſunt Thomas, & Theophilus, cau-  
tisque ſacri Euangelij interpreteſ hunc  
ſermonem ad viles, & modicos cibos ex-  
tendunt, & ita Euangelij ſenſum vniformem  
prouidi cuſtodiant; Aduerſarij  
verò floccifacienteſ Euangelij textuſ  
ordinem conſeruare, vltima à primis  
diuellunt, ſerculaque carnea horribili  
martyrio connectunt.

Valde pernicioſum eſt in hiſ Euange-  
liſtæ Lucae verbis cap. 10. ſcilicet, *mandu-  
cate, quæ apponuntur vobis* de manducandis  
carniſum intelligere; hoc enim eſſet  
ipſum Lucam Euangeliftam facere ſe-  
ipſum ſibi repugnantem; inquit enim  
Hieronymuſ ad Licinum, vt ſupra retu-  
limuſ §. 13. *at qui utinam omni tempore ieiu-  
nare poſſimus, quod in actibus Apoſtolorum diebus  
Pentecoſteſ, & die Dominico Apoſtoli Paulum,  
& cum eo credenteſ feciſſe legimus, &c.* Actuſ  
autem Apoſtolorum ab eodem Luca  
qui Euangelium ſcripſit compoſiti ſunt  
ergo

§. 36.  
Alia ſo-  
lutio.

ergo ſi idem Lucas; cap. 10. dicens *manducate qua apponuntur vobis* de cibis carnis intelligeret, moxque in actibus Apoſtorum id negaret, maniſteſſimè Euangelista ſibi ipſi opponeretur: ibi enim dicit Paulum Apoſtolum, & credentes cum eo omni tempore, & omni die diebus Pentecoſtes, & die Dominico ieiunaſſe, & cum dicit Hieronymus quod non Manicheæ hæreſeos eſſent accuſandi, oſtendit, quod ieiunantes à carnibus abſtinebant. Quod peruerſum facinus, non aduertentes aduerſarij noſtri, hominumque vulgus, quod cum eis ſentit, aſſerunt, canunt, & prædicant *comedite*, &c. id eſt, omnia ciborum genera indifferenter manducauiſſe Apoſtolos, relinquitque tale genus hominum peruerſum ſancto Lucæ contrarietatem. Ego Minimi Ordinis Frater Vincentius à Cuzentio, cum Angelico Doctore ſancto Thoma, & Theophilo affirmo, & dico, *manducate qua apponuntur vobis*, id eſt vilia, & modica inter quæ carnes numerari non poſſunt, ſanctus enim Thomas ſuper Paulum ait, quod cibus ex carnibus, inter cunctos cibos eſt potior, non ergo dici poteſt vilis.

Vt

Vt autem hæc verba apertius exponantur, quid de hac re Diuus Hieronymus ad Lucinum Beticum dicat videre §. 13. citato, ex cuius doctrina, ſimul cum Auguſtini doctrina relata §. 20. ſcribentis ad Demetria. faciliter colligetur quomodo reſpondendum ſit obiectioni illi, *comedite, &c.*

Infurgunt etiam contra nos adducen-  
tes illud Pauli Corin. 10. *emite, & comedite omne, quod in macello venditur*, ſed in macello venduntur carnes: ergo Paulus, vt carnibus veſcamur, præcipit. Ad quod Reſpondeo, quod Apoſtulus loquitur eis, qui ex gentibus, id eſt idolatris fuerant ad fidem Chriſti conuerſi: Adhuc tamen non penitus omnes idolatriæ partes exuerant: Carnes enim in Idolorum Aris ſacrificatas comedebant, & tanquam minus malum hoc hominum genus Paulus mittit, vt emant, & comedant omne, quod in macello venditur cæteros plenè credentes ad macellum Paulus non mittit, qui à quocunque carnium genere profugi omni tempore, omnique die etiam feſtiuitatum in quarum diebus ſimul cum Paulo ieiunantes funditus à carnibus aberant, vt per

D Apo

§. 37.

§. 38.  
Alia ob-  
iectione.

Solutio.

Apoſtolorum actus hic prope ſuperius oſtendimus, cunctaque hæc ex melliſſuo fonte Hieronymi excipimus, qui contra Iouinianum cap. 41. ita hoc explicat, *nec mirum ſi omne, quod in macello venditur Apoſtolus emi iubeat, & comedi, cum idolatris, & adhuc in templis idolorum, quaſi idolothita veſcentibus pro ſumma abſtinentia, fuerit cibus tantum abſtinere gentili-um, contra eos loquitur, qui in Chriſtum credentes adhuc Iudaizabant & contra eos loquitur, qui ex gentibus, id eſt idolatris crediderant eòſque monet, ne ſcandalizent illos cibo ſuo, id eſt carnibus idolis ſacrificatis, qui adhuc infirmiores erant in fide.*

§. 39.  
Obiectio.

Et dum iterum Apoſtolos carnes comediffe laborant adducunt illud Pauli, *omnia munda mundis.* Ad hoc Reſpondeo, quod Hieronymus ad Euftochium de virginitate ſeruanda ſcribēs ait, quod *multi per carnum epulas, & vini potum in graues luxuria ruinas inciderunt; & iſti ſolent dicere, omnia munda mundis, ſic fecit mihi conſcientia mea cor mundum deſiderat Deus, cur me abſtineam à cibus, quos Deus creauit.* Hæc ille, Ad Euftochium, & idem contra Iouinianum ait; quod Paulus dixerat,

rat, *omnia munda mundis*; vt res pendeat Marcioni, & Tacio, qui carnes abominabantur tanquam rem malam. Apoſtoli tamen, & Religioſi carnum epulas non abominantur ſicut Marcio, & Tacius abominabantur. Idem Apoſtoli, & Religioſi carnibus non veſcuntur, vt Iouinianus epicurus voluptati deditus comedebat, Deus enim non creauit carnes pro religioſis, & Apoſtolis, ſed pro hominibus, quorum corpora ſunt laborioſo operi dedita, & pro ſeruientibus nuptiis, vt Hieronymus contra Iouinianum cap. 35. & alibi diffuſius diſputat.

Item contra nos afferunt illud Pauli, §. 40. *omnis creatura Dei bona eſt, & nihil reiiciendum; quod cum gratiarum actione percipitur;* Obiectio. & ſic iuxta illos comedendæ ſunt carnes etiam à Religioſis, & Apoſtolis. Ad quod Reſpondeo, quod Hieronymus Solutio. ſcribens ad Saluinam ait, ſcimus ab Apoſtolo dictum, *omnis creatura Dei bona eſt, & nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur; ſed idem Paulus loquitur bonum eſt vinum non bibere, & carnem non manducare.* Sed illud *omnis creatura Dei bona eſt* audiant mulieres, quæ ſolicite ſunt quomodo placeant viris ſuis, comedant carnes,

36 De Carnium abstinentia,  
qui carnibus seruiunt quorum feruor despumat  
in libidinem, & coitum. Hæc ille, Quapropter,  
nec Apostoli nec Religiosi respiciant ad illud,  
omnis creatura Dei bona est, nec pro se allegent,  
sed illi, qui student uxoribus placere, illi  
carnibus vescantur, qui carnibus seruiunt,  
quarum feruor despumat in coitum.

§.41. Denique plurima Pauli Apostoli loca  
contra nos congerunt, omnia tamen prauè,  
& peruersè intellecta, ut apertius ex supra dictis  
colligi potest. Ideo Petrus Apostolorum princeps  
in sua Epistola 2. cap. 3. ait *frater charissimus noster Paulus in omnibus epistolis loquitur, in quibus sunt, quædam  
difficilia intellectu, quæ indocti, & instabiles deprauant, sicut & ceteras scripturas ad suam  
ipsorum perditionem.* Hæc Diuus Petrus. Respicite Patres, quàm igitur excellentior sit ista religio, quæ perfectioribus consiliis innititur  
veluti discipuli Domini nostri Iesu Christi, qui de consilio quod est supra præceptum vixerunt,  
omnes enim homines perfecti consilio innituntur, illud certè est, quod ad perfectionem ducit. Vnde Angelicus Doctor sanctus Tho. super Paulum ad Rom. 10. ait *Christus præcepta legis moralia*

*consilia sunt causa perfectionis ex D. T.*

lia debito modo exposuit, & occasiones transgrediendi abstulit, & eis perfectionis consilia adiunxit, unde & iuueni Matth. 19. qui omnia mandata legis seruauerat dixit, unum tibi deest si vis esse perfectus vade, & vende omnia quæ habes &c. & propter hoc discipulus dicebat Matth. 5. *estote perfecti sicut & pater vester perfectus est celestis.* Hæc Diuus Thomas. iure ergo Paulus ad Rom. 14. perfectionis consilium protulit dicens, *bonum est carnem non manducare, & vinum non bibere.* Et quod non manducare carnis sit consilium non solum perfectum, sed perfectius, vide Augustinum citatum §. 21. qui ait *abstinere à carnibus de consilio perfectiore suaderi:* qui ergo carnibus vescitur Christi consilium frangit, quod nullo modo fecissent Apostoli, ut consilium non tantum perfectum, sed perfectius diruerunt: itaque sicut nuptias, nequaquam sibi copulassent, ita nec carnes manducassent, vtrumque enim Augustinus sub eodem, *consilio perfectiore,* colligit. Hinc Hieronymus contra Iouinianum carnium esui vna cum aduersariis nostris fauentem cap. 35. citato §. 10. inquit, *vis perfectus esse Iouiniane, serua Pauli consilium, bonum est carnem non manducare,*

& vinum non bibere si autem vis paruulus esse, & iura cocorum te delectant, bibe & comede, & dic comedamus & bibamus, & postea moriemur. Hæc ille, si ergo Pauli consiliū bonum est carnem non comedere, est consilium perfectionis, & eas comedere est paruulorū inter iura cocorum exultantium, vt optimè Hieronymus exponit, liquido sequitur, quod Christi Astoli carniū cibis non vescebantur, confiteatur igitur quisque, me Catholicè, Christianèque locutum esse dicentem, quod comedere carnes non est Apostolicum.

§.42.  
Quid de  
abstinentia car-  
niū senserit Io-  
uin. &  
Manichæi.

De abstinentia, & carniū esu licet multi multa dixerint, triplex tamen de eis inuenitur intentio: nam Iouinianus argumentis (quamuis tortuosis) arguebat carnes omni tempore, & quocunque hominum genere licitè, & iure comedi posse, at verò Manichæus longè diuersus, imo potius contrarius aliquibus argumentationibus carnes, nullo vnquam tempore, nec ab aliqua hominum conditione comedi posse, contendebat; sed inter hos duos errantes hæreticos inter se carniū aduersis pugnantibus se catholicus interponit Hieronymus,

nymus, qui contra Iouinianum, sicut strenuus Dauid contra Goliath inanem hominem, pugnat: hic inde discutiens pulcherrimam facit de vtroque distinctionem. Ille enim peruersus Iouinianus lurcorum dux afferbat frustra Deū fues, apros, & ceruos, &c. creasse, si cui-libet homini omni tempore eis vesci non liceret. Quam positionem prouidus Hieronymus diluit, & ad quid fuerunt creata ostendit, vt vidimus §. 6. 7. & 38. & alibi scilicet distinguendo, quod duo sunt hominum genera, alterum, quod est duro, laboriosoque operi deditum, vt sunt fossores, &c. sustinentes onera matrimonij, aliæque huiusmodi, qui sine corporis viribus sua inepta suasque industrias exercere non possunt, pro tali hominum genere Deus carnes creauit, edendasque posuit; eisque carniū vesci licet. Non enim de consilio, sed de præcepto tantum viuere tenentur, & de huiusmodi hominum genere sub præcepto tantum viuentium loquitur Paludanus Barleta, vt ipsius verba indicant dicentis, vt breuius te absoluiam præcepta Dei omnino seruare debemus, inquit enim Christus, si vis

40 *De Carnium abstinentia,*  
*ad vitam ingredi serua mandata, &c.* At pro  
 religiosi Apostolisq; Deus carnes non  
 creauit; qui secundum consilium, quod  
 est supra præceptum tenentur viuere,  
 non enim expedit eis carnibus vesci.  
 Nam religiosi apostolicisque viris, qui  
 spiritu sereno tranquillòque animo cul-  
 tui diuino assistunt, potius corporeæ vi-  
 res sunt detrimento, hi tales quidem  
 consilij supererogatione, quod est præ-  
 cepti propugnaculū viuunt à carnium  
 eduliis profugi debent esse, & de hoc  
 eximio hominum genere loquitur Pa-  
 ludanus illa, &c. quod autem senserint  
 Manichæi, diximus supra, & quæ diffe-  
 rentia inter eos, & Apostolos reperia-  
 tur, nam sicut bonus finis absoluit Apo-  
 stolos, ita malus condemnat Mani-  
 chæos, de qua re videte Augustinum,  
 qui tomo primo de Manichæorum mo-  
 ribus diffusissimè disputat de conue-  
 nientia, & discordantia Manichæorum,  
 & Apostolorum, vtrique enim omni  
 tempore ab esu carnium se amouebant,  
 sed inter eos differentia pariebat finis  
 diuersus.

In §. 31. & 32. satisfecimus illi obie-  
 ctioni qua contendebant aduersarij,  
 quod

quod Paulus comedentem Petrum car-  
 nes suinas reprehendit, & ostendimus  
 esse falsam intelligentiam in cuius con-  
 firmationem adde, quod improbè hoc  
 dicitur; nam eo tempore, & postea per  
 aliquod temporis interstitium, Petrus, &  
 omnes Apostoli legalia verè seruabant,  
 vt sanctus Tho. cum autoritate Augu-  
 stini refert, ergo Petrus adhuc seruans  
 legalia non poterat carnibus suis vesci,  
 hoc erat enim à lege inhibitum, vt  
 habetur Leuitico cap. 11.

---

*De Disputatione habita inter nostros*  
*Catholicos Lutheranos hæreticos*  
*coram inclito Imperato-*  
*re Carolo.*

*Alber-*  
*tus.*

**V**alde notandum est amantissimi  
 Patres in confirmationem dicto-  
 rum omnium, quod Albertus Phigi-  
 vnus ex serenissimi Imperatoris Caroli  
 Doctoribus contra hæreticos deputatis  
 in suo pulcherrimo libro, in quo omnes  
 controuersias contra ipsos hæreticos  
 disputatas coram ipso inuictissimo Im-  
 peratore in ciuitate dicta Vicomartia

*Pulchra*  
*doctri-*  
*na.*

colligit, inter quas hæc de abſtinentia carniū interuenit, cōfirmatque, quod ipſi doctores deputati declarauerunt, ſcilicet quod Chriſti Apoſtoli conſtituerunt, primos religioſos, eoſque uocauerunt Therapeutas, hoc eſt cultores, & cultrices, qui exemplo Apoſtolorum renuntiabant omnibus, quæ habebant, & caſtitem ſeruabant, nulluſque ipſorum comedebat carnes, neque uinum bibebat, & vocabantur uiri Apoſtolici, quia ſecundum exemplum, & doctrinam apoſtolorum uiuebant, & ſic ab ipſis doctoribus noſtris cōtra Lutheranos deputatis declaratū fuit, Apoſtolos non comediffe carnes. Nam ſi carniū obſonia in Apoſtolorum menſis fuiſſent, non poterant ipſi Apoſtoli ſuo exemplo conſtituere religioſos, ſe à carniſus conpeſcentes, & ipſi doctores deputati, hoc auctoritate Phylonis Iudæi diſertiffimi uiri, qui tempore Apoſtolorum fuit, Petrumque Romæ ſub Claudio prædicantem uidit, affirmant, hic ergo Phylō ait, quod Apoſtoli ſuo exemplo conſtituerunt illos Theroputas primos religioſos, quorum nullus comedebat carnes, quia ſi Apoſtolica

uitæ

uitæ inſtituto à principio adiunxerant, & hoc Hieroſolymis, Alexandria in Ægypto, aliisque locis ab ipſis Apoſtolis conſtituebantur. Nota quod hi Therapeutę ab Apoſtoliſ ſuo exemplo, ſuaque doctrina dirigebantur, vnde apertiffimè tuto, & ueraciter dicere, & prædicare, nobis licet, & conuenit tempore noſtro à uiris ſapientibus contra hæreticos, ab inuictiffimo Imperatore Carolo deputatis, diſcuſſum, & concluſum fuiſſe; quod Apoſtoli, Apoſtolicique uiri carniſus non uicebantur, &c. Hæc ſupra dicta ex Alberti Phigij compenſis lib. 2. controuerſia 14. extracta ſunt.

Et cum aliud dicere neſciant pro ultimo uolenter arguunt contradicta dicentes, quod Papa eſt Apoſtolus, & tamen carniſus uicebitur, ergo Apoſtoli carniſus uicebantur. Ad quod pro nobis illuſtriſſimus Thomas Deuio, Cardinalis Caietanus de auctoritate Papæ diſputans; reſpondet, quod *multum intereſt eſſe Apoſtolum, & eſſe Papam*, de qua re diſſuſius, diſcutiens tãdem ait, quod *uicente Ioanne Apoſtolo Linus, & Clemens uterque fuit Papa, neuter tamen Apoſtolus ex hac ratione, quod Apoſtolis, & non Papæ ius con-*

*Veriffima obiecta.*

*Soluitur.*

*dendi*



44 *De Carnium abſtinentia,*  
*dendi libros ſacrae ſcripturae conſeſſum eſt di-*  
*cente illis Domino, quod ſpiritus ſanctus doce-*  
*ret eos omnia, & omnem veritatem: Vnde*  
*Auguſt. de conſenſu Euangelistarum ait, Lu-*  
*cas & Marcus ſcripſerunt illo tempore quo in*  
*carnè uiuentibus Apoſtoliſ probari meruerunt.*  
*Ideo præualuiſſet ſententia Ioannis Apoſtoli*  
*ſententia Clementis Papa in doctrina fidei, &*  
*inorum, ſicut modo præualet Euangelium Ioan-*  
*nis ſententia cuiuſcumque. Papa ac totius Ec-*  
*cleſia. Hæc Caieranus, Ecce quod Papa*  
*non eſt Apoſtolus.*

Nota quod diximus §. 20. de Beato Anſelmo ſcilicet, quod pauci, id eſt rari ſunt, qui omni tempore à carnibus abſtinent, qui ergo dixerit Apoſtolos comediffe carnes eos aufert à numero paucorum, id eſt perfectorum, & collocat inter ferè omnes, id eſt multos, quorum maxima copia eſt, *quorum Deus uenter eſt.*

*Replicatur Syllogiſmus auctoris.*

**E**ST de conſilio perfectiore à carnibus abſtinere, ſed Apoſtoli uixerunt de perfectiori conſilio, ergo Apoſtoli à carnibus abſtinuerunt.


Proba

Probatur Maior per uerba Auguſtini allata §. 20. Minor Probatur ex uerbis Diui Thomæ eodem loco allatis, & ex eodem, qui in eodem tractatu, inquit, *non enim conſilia fuerunt data in ueteri teſtamento, ſed in nouo, quia nihil ad perfectum deduxit lex, & idem in eodem tractatu ait, manifeſtum eſt autem quod maxime homo appropinquat Chriſto per uiam conſiliorum.* Interea ego frater Vincentius Conſentinus Ordinis Minimorum, circa omnia hæc, & iis omnibus me ſanctæ Romanæ Eccleſiæ determinationi ſubiicio, ut quidquid ipſa approbauerit, vel reprobauerit, à me illud idem approbatum, & reprobatum intelligatur. Hæc dedi Patres mei in noſtram communem conſolationem, & ut neminem lateat vitam noſtram eſſe Apoſtolicam, & quod ſanctiſſimus Pater noſter Franciſcus de Paula ſpiritu diuino motus quodammodo dando huiuſmodi Regulam uoluit vitam illorum renouare, qui Terapeutæ dicebantur primi Religioſi, uiri Apoſtoliſ, vitam Apoſtolorum ſequentes, & carnem non comedentes.

Si aliqui forte ſunt, quibus hæc noſtra dicta non placuerint eos rogo, ne in  
 angli

46 *De Carnium abſtinentia,*  
angi portis me cum ignauo hominum  
genere linguis doloſis lacerent. Sed con-  
tra hæc potius ſcribant, vt eorum emiſ-  
ſis telis Clypeo Sanctorum, Doctorum-  
que auctoritatibus munito obuiam ire  
poſſimus.

*Laus Deo, Beate Virgini, & Beato  
Patri Francisco de Paula.*



APPRO

---

APPROBATIONES.

**D**isputatio hæc de carnium abſtinentia,  
diſputandi gratia à Religioſo Authore  
dum prodit, poterit in lucem emitti. Actum  
Lugduni 6. Sept. 1618.

FR. ROBERTVS BERTHELOT Episc. Dam.

---

**V**iſa atteſtatione Doctoris Theologi per-  
mittimus publicationem ac impreſſio-  
nem præſentis diſputationis. Lugduni 12.  
Sept. 1618.

MESCHATIN LA FAYE V. G.

---

PERMISSIONES.

**V**iſis atteſtationum ſupra ſcriptarum, con-  
ſentio per Regem dictum librum Typis  
mandari ab Antonjo Pillehotte, ne quis Typo-  
graphus alter audeat prælo committere, ſub  
pœnis in Ordinationibus Regiis contentis.  
Actum Lugduni 13. Septemb. 1618.

BOLLIOVD, Aduocatus Regius.

---

**V**T typis liber hic mandetur concedimus,  
ſimul ne quis Typographus hoc facere  
præſumat præter Ant. Pillehotte vetamus.  
18. Sept. 1618.

SEVE.